



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 3. Eadem urbs per Joannem Hunniadem obsidione liberata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

quarto Constantinopolin occupaverat, Sæcul. XV.  
suum conflavit exercitum, ac superatis A.C. 1456.  
Thraciae montibus usque ad Danubium  
flumen penetravit, & in mense Junio An-  
no millesimo quadringentesimo quinqua-  
gesimo sexto urbem Belgradum (ab aliis  
Alba-Græca nuncupatur) obsidione cin-  
xit. Jam olim Amurates Mahometis Pa- *Naucler.*  
ter hanc eandem urbem septem men- *vol. 3 gener.*  
sibus oppugnavit, sed turpiter obsidionem *49. p. 479.*  
solvere coactus est. Verum Mahometes ex- *Æn. Sylv.*  
ercitus sui potentia, ac propriæ suæ forti- *Europ. c. 8.*  
tudinis fiducia elatus, non solum eandem *& Boh. c. 6.*  
Patris sui sortem sibi nullatenus timen-  
dam esse credidit, verum etiam cetera  
jamjam regna, quæ capta semel hac ci-  
vitate, subjugaturus esset, spe sua dimen-  
sus est, totamque Hungariam, Germa-  
niā, atque Italiam armorum suorum vi-  
ctimam destinavit; Verum Deus in mo-  
mento cuncta ejus temeraria dissipavit  
consilia.

### §. III.

*Belgradum per Joannem Huniadem  
obsidione liberatum.*

Huniades, strenuus ille Bellidux, copias  
suas ad Danubii oram admovet, Bel-  
grado suppetias latus; Cum vero Tur-  
cæ transitum occlusuri accurrerent, res  
ad pugnæ necessitatem pervenit. A-

Gg 2 cerri-

Sæcul. XV. cerrimum utrinque prælium committi.  
A.C. 1456. tur, atque infidelibus invicto robore cer-

tantibus diu accipiti Marte dimicatur,

*Chalcondyl.* tandem vero plena penes Huniadem ste-

*Eisti Ture.* tit victoria, qui trajecto flumine cum toto

*lib. 8.* suo exercitu, ac Joanne Capistrano Cru-

cesignatorum Prædicatore Victor urbem

ingressus est, haud explicabili lætitia ab

obſeffis exceptus, quorum quivis pro de-

fensione urbis vitam, & sanguinem pro-

fundere pollicitus est. Nihilominus Tur-

cæ hac suorum clade nullatenus animo

fracti urbem tormentorum ictibus quate-

re haud defidunt, saltem per eversi muri

ruinas ingressum tentaturi; nec sua eos

ſpes fallere videbatur; ampliori enim

mœnibus illata strage Turcæ pluribus in

locis scalas urbi applicarunt, ut hoc stra-

tagemate obſeffos ad copias suas ubique

dispertiendas compellerent. Verum tam

Christianis quam Turcis par erat re-

ſtendi pertinacia, & infracta pugnan-

tium virtus. Utriusque etiam exerci-

tus Duces suorum quisque militum ani-

mos verbis & exemplo confirmare cer-

tabant, unde ingens utrinque cædes. Po-

ftera die Turcæ multo majore furore

quam unquam in urbem rursum irruer-

bant, infausto tamen successu; quippe Ca-

zanes Bassa omnium Ottomannorum Bel-

liducum longe præstantissimus, cum Im-

peratoris sui jussa executurus, incautius

longius.

longiusque in hostium cuneos abripere. Sæcul. XV.  
 tur, trucidatus occubuit, ipso Sultano A.C. 1456.  
 proxime inspectante, mortemque sui Bel-  
 liducis immodico dolore, ac ferme ad de-  
 sperationem usque deplorante. Maho-  
 metes ipsemet in crure vulnus accepit,  
 quod tamen haud lethale existimans, co-  
 piis suis imperia dare, & ipsus dimicare  
 non cessavit.

#### §. IV.

#### *Extrema Turcarum clades.*

Certe tanta intrepidi animi virtus Ma Nacler.  
 hometi victoriæ palmam asseruisset, *ibid. p. 480.*  
 nisi Janissari præcipiti fuga, totoque pe-  
 dum studio sese ex prælio recepissent. E-  
 quidem Mahometes omnem impedit o-  
 peram, ut fugitivos in officio contineret,  
 sed irrito prorsus conatu; quippe illi tam  
 precibus, quam minis surdas præbuerunt  
 aures, quapropter obsidionem solvere  
 coactus est, desideratis suorum plusquam  
 quadraginta millibus.

Ladislaus Hungariæ Rex, cum tantam  
 victoriā sibi polliceri minime auderet,  
 quinimo Christianorum vires potentissimis  
 Turcarum copiis resistendo impares cen-  
 seret, sub venationis obtentu Viennam tan-  
 ta festinatione sese receperat, ut accepto  
 etiam prosperi hujus prælii nuntio, diffi-

G g z      dentlæ